



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

CONSILIVM X.

In causa, quam habet Do. Nicolaus de Strata cum Do. Nicolao Gaita, super prae-benda olim Do. Gregorij de Riftis, Do. Nicolaus de Strata de iure vñ obtinere debere, non obstante optione Do. Nicolai de Gaita facta iuxta constitutiones, seu consuetudine capituli, in primis, quia promissio à Papa facta dicto D. Nicolao de Strata dñ facta cum spālī clausula derogatoria statutorū, seu consuetudinis ecclesiae, in qua est illa prae-benda, & vbi cūq; † Papa prouidet, seu mādāt prouideri alicui ad illius petitionē cū speciali clausula derogatoria, non obstante consuetudine, seu statuto ecclesiae, quod ad mitteret antiquiorem canonicū posse optare prae-bendam vacantē, prout in casu occurrenti, spālīter hmōi statuto, seu consuetudini ecclesiae fuit derogatū, non est locus optationi, & itatutū, seu consuetudo quoad illam prae-bendā seruari non debet, secus si gñaliter fuisset illi derogatum, arg. c. si clericus. & c. cui de non sacerdotali. de prae-b. in 6. & est doctrina Lapi, quam refert, & sequitur Gemin. in c. si. de consue. in 6. in §. in prae-bendis. col. 1. in vers. quid si Papa. & ibi etiam idē Lapus, quem refert, & sequitur ipse Gemin. ibidē in 1. col. vers. nam quodocūq; & c. dicit, qđ qñcūq; Papa scribit super prae-benda vacatura, semper illam dispositioni suae reseruasse dñ, & iō optationi locus non erit, quia reseruando abrogat omnes leges, & statuta, tollitq; ceteris omnem prae-tem conferendi, & consequenter statutum, seu consuetudinem, ex quibus ptās optandi datur, & praedicta procederent, etiā si reseruatō specialiter facta fuisset, puta spālīter scribendo super certa conferenda vacatura ē ad petitionem alicuius, nam tunc siue Papa illam cōferat, siue mandat conferri, non est locus optationi, quod est statutum, seu consuetudine ecclesiae expressam fecerit mētionem, prout fecit in casu, de quo agitur, per plura, quae allegat Lapus, & refert Gemin. in d. loco. Praeterea prae-benda dicti olim Do. Gregorij, quā praefatus Do. Nicolaus Gaita optauit, habet annexum ordinem sacerdotale, seu ab illo dependet, vt in facto praesupponitur, ergo ad illā non pōt admitti, nisi constitutus in ordine sacerdotali. arg. d. c. cui. de non sacerdotali. cum glo. & in c. si cui. cum glo. de prae-b. in 6. Sed Do. Nicolaus Gaita non est in ordine sacerdotali cōstitutus, ergo non potuit ad hmōi prae-bendam optandam admitti, alius verō Do. Nicolaus est presbyter, & in ordine sacerdotali: & si Gaita non potuit ad optationem prae-bendae admitti, nec ē ad optationem domorum, aliorumq; cōnexorum, tum quia de domibus quoque, & alijs cōnexis in literis Do. Nicolai de Strata specialis fit mētio, sicut de ipsa prae-benda, tum quia † de domibus, alijsq; cōnexis iudicatur, vt de principali prae-benda ad not. per Gemin. in c. nulla. 12. q. 2. c. id constitutum. 17. q. 4. c. 1. de immū. eccl. Archid. in c. 1. de censib. & Inn. in c. volentes. de priui. in 6. Cōstat ēt ex collatione Papae specialiter facta dicto D. Nicolao de Strata de canonicatu, & pbe-benda, qđ Papa canonicatum, & prae-bendā saltem generaliter sibi reseruauit, de qua reseruatiōe constat ex narratione ipsius Papae facta in literis dictae collationis, super qua ipse se fundauit; vt in cle. 1. de probat. Quo fit, vt per hāc generalem reseruatiōem illorum collatio ad Papam spectaret, & ideo de eis ex statuto, vel consuetudine ecclesiae optatio fieri nō potuerit etiam ante, quā per Papam collatio facta fuisset, quia per Papā non solum reseruatiō generalis, sed etiam postea specialis collatio de illis facta fuit dicto Do. Nicolao de Strata. Nec obstat tex. in d. c. si. de cōsue. in sexto. quia procedit, quando per Papam postea etiam specialis collatio non fuisset facta per iura, & rationes. Archi.

Consiliorum

Io. And. & Gemin. in d. §. in prae-bendis. circa prin. Praesupponitur ēt in facto, qđ Do. Nicolaus de Strata fuit subrogatus in iuribus D. Secundi Tamagri S. D. N. Papa parafrenarij, cui motu proprio Papae fuerat concessa gratia de primo canonicatu, & prae-benda vacaturis in ecclesia Vercellensi, & cum speciali derogatione statuti, & consuetudinis ecclesiae loquentium de optione faciendā, prout de hac gratia constat in literis ipsius Papae, ergo uacantibus in dicta ecclesia canonicatu, & prae-benda per obitum dicti Do. Gregorij, non potuit esse locus optationi, tum ob reseruatiōem, quā dictus canonicatus, & prae-benda af-fecti fuerunt, tum etiam quia † quando Papa motu proprio facit gratiam super canonicatu, & prae-benda vacaturis, vel quando specialiter derogat statuto, & consuetudini ecclesiae de optatione loquentibus, cessat ius optandi ad tradita per Lapum, & Gemin. in d. §. in prae-bendis. in vers. quid si Papa. & in vers. nam quodocūq; & per Do. de Rota in decif. 30. in nouis. incip. si mandetur. & in decif. 219. in antiquis. incip. nota, quod secundum. Haec ad fauorem praefati Dom. Nicolai de Strata breuiter dicta pro nunc sufficiant. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Possessorium summarium, extraordinarium, & quodammodo indicij ordinarij, & plenarij preparatorium dicitur, quando indiget mandat alicui sub poena, nec alium in sua possessione, uel quasi turbet, & molestet.
- 2 Et ad quem finem fiat hoc iudicium, & quid in eo agendum.
- 3 Et in quo differt ad iudicio postea faciendū super petitorio, uel super plenarij possessorio.
- 4 Interdictum uti possidetis, & possessorium retinendae ordinarij, quando, & pro quibus detur, & quis in eo obtimeat. & num. 15. & 16.
- 5 Canonicatus supernumerarij differt specie, & substantia à canonicatu numerario, & gratia, siue promissio de supernumerario facta alicui non extenditur, nec ius aliquod tribuit ad canonicatum numerarium postea uacantem.
- 6 Continuatio possessionis, uel quasi, quando ex prioris possessione fieri dicatur, & sufficiat absque eo, quod noua possessio apprehendatur.
- 7 Continuatio domini ipso iure datur, sed non possessionis, etiam concurrente fauore ecclesiae, & pie causae.
- 8 Ad acquisitionem quasi possessionis canonicatus quid requiritur.
- 9 In canonicatus supernumerarij quasi possessione existens non potest postea ex causa canonicatus numerarij incipere possidere, seu suam quasi possessionem continuare. & supra nu. 7.
- 10 Canonicatus, beneficij quasi possessio transferri in alium, & acquiri alij potest mediante relaxatione, & cessione alteri, & notario eius nomine recipientibus facta.
- 11 Et an ratificatio acquiratur.
- 12 Canonicatus, & beneficij quasi possessio non potest absque canonica institutione, & titulo saltem colorato acquiri.
- 13 Exequutor literarum ad beneficia in earum executione debet citare eos, apud quos tunc possessio beneficii esset.
- 14 In spiritualibus, & beneficialibus ad obtinendum in iudicijs possessorijs non prodest habere possessionem absque titulo saltem colorato.
- 17 Promissio facta alicui de canonicatu supernumerario, nec non de prae-benda uacatura, is non potest ad prae-bendas canonicatibus numerarijs annexas regressum habere, & quae prae-benda sit illi debita. num. 18.
- Potior in canonicatu dicitur etiam potior in prae-benda illi annexa.
- 19 Gratia, seu promissio facta iam recepto in canonicum de prae-benda uacatura dicitur extincta per renouatoriā omnium gratiarum expellatarum.

E P I T O M E.

Ex promissione vni facta de canonicatu supernumerario, cuius quasi possessionem habuit, & adeptus fuit, nec non de prae-benda uacatura, nullum ius possessionis,

sessionis, nec tituli posse acquiri in canonicatu numerario postea uacante, nec in prabendam canonicatu numerario annexa, & illi, cui postea de canonica tu numerario prouisum fuit, esse etiam quoad pbandam annexam potiorē, & obtinere debere, demonstratur.

CONSILIVM XI.

IN presenti cā, in qua de mero, & simplici possessorio agitur, quia petitorium fuit su spensum, solū cōcernentia causam possessorij tāgā, reseruatō iure multa in cā petitorij dicendi, si opus erit. Cum autē cā incepta a precepto Reuerendissimi domini, quo mādauit sub pena Do. Laurentio, qd non deberet turbare, nec molestare dominū Ioannēfranciscū in sua quasi possessione canonicatus, & portionis prabendalis, cū clausula, & si quis senserit se grauātū &c. vī esse iudicium possessorij extraordinarium, & summariū, ac quodāmodo iudicij ordinarij, & plenarij preparatoriū, secundū qd ponit, & declarat Paul. Cas. in cons. 3. seu 6. incip. In cā, quē uertitur corā Do. Vicario &c. lib. 2. ex mente Inn. per illum tex. in c. cū uenissent. extra de Inst. & per text. in l. si de possessione. C. de transac. & in l. si. ff. de offi. procurat. c. 1. & faciunt not. per Bal. 2. in l. si. C. de edic. diui. Adr. toll. ¶ sit. n. hoc iudicij non ad finē, ut ad sententiā diffinitiuā perueniatur sup petitorio, uel sup possessorio retinēdā, in quo principaliter discipatur, qd sit possessor, sed ad finē principaliter, ne, lite pēdente sup proprietate, uel possessione, partes ueniant ad rixas, & ad arma, se inuicē turbando, cū qualibet pars asserat se solā esse in quasi possessione canonicatus, & portionis pbandalis uacantiū p obitu dñi Herculis a bono, & ius illius ad se spectare, sup quo necessariū est summariū cognoscere, qd pars sit in dicta quasi possessione, & reperto in ea esse Do. Io. Franciscum, & non Do. Laurentiū, ad officiū iudicis spectat inhibere Do. Laurentio, ne interim ipsi Do. Io. Franciscō molestiā, uel turbationē faciat, prout colligit ex uerbis Pau. Cas. in d. cons. qui dicit, qd hec pronuntiatio sic facta nō faciet iudiciū iudicio postea super petitorio, seu plenario possessorio faciēdo, per primū namq; iudiciū nō infertur iudiciū perpetuū, sed tēporale circa possessionē, at per secundum perpetuū praiudicium inferretur, ex quo plenē probat possessio, & sic prout est iuris, & facti, & a simplici detēctione differt, ut colligitur ex ijs, quā ibi ponit Pau. de Cast. & faciunt not. per Bar. in l. j. C. quorū bono. Et ideo in casu, de quo agitur, si iudex cognoscet Do. Ioannēfranciscū fore in priori actuali possessione, quā sit Do. Laurentius, debet ponūciare ad fauorē Io. Francisci, confirmādo praeceptū factū Do. Laurentio, & ei mādando, ne Do. Ioannēfranciscū molester, neq; turbet, donec fuerit postea super cā petitorij iudicati. ¶ Posset etiam fortē quis dicere, inter dictas partes primo fuisse, & esse intentatū plenariū, & ordinariū possessorij retinēdā, quod appellatur interdictū uti possidetis, qd datur, qn cōtēditur de possessione inter duas partes asserētes se eādē rē, eodēq; respectu possidere, uel quasi: in quo remedio ille obtinere debet, qui melius probauit de antiquiori possessione, prout est iuris, & facti, ut in l. j. §. interdictū. & hoc interdictū. ff. uti possid. & non solū datur ob possessionē pradij, rerūq; immobilū, ut ibi, uerū et pro quasi possessione iuriū, & rerū incorporaliū, seu canonicatus. l. loci corpus. §. si quis. cū glo. ff. si ferui. vend. l. si. ff. uti possid. c. licet causam. de probat. Do. Ant. in c. si. de cau. poss. & propriē. & in c. i. literis. post Inn. de restit. spo. sed in casu occurrenti siue dicamus fuisse intentatū iudiciū possessorium summariū, siue

plenariū, & ordinariū, in utroq; dicendum est ipsum Do. Io. Franciscum debere contra dictū Do. Laurentium obtinere per infra dicenda. ¶ Cumq; inter praefatos litigantes nunc agatur nō solū super quasi possessione canonicatus, quem Do. Hercules a bono in eius uita tenebat, & qui per illius mortē uacauit, sed etiā super assera quasi possessione portionis canonicatus eiusdē, ideo de singulis separatim uidēdū est, & primo de quasi possessione dicti canonicatus, q diebus elapsis per obitū praefati Do. Herculis uacauit: & cōclusiue loquendo dico Do. Io. Franciscum, & non Do. Laurentium esse possessorem dicti canonicatus, ¶ Inā ius oē, quod Do. Laurentius super illo habet, & habere praetendit, solū pōt, prout praesupponit, habere ex gratia sibi facta a S. D. Clemente Papa, ac ex electione, & prouisione prius facta per capitulū, & canonicos ecclesiae S. Petronij: Sed per electionē, & gratiā apostolicam praedictus Laurentius statim iā factus, & creatus fuit canonicus supernumerarius actualis, ipsiq; per prouisionē Papae fuit quaesitū ius in re sup dicto canonicatu supernumerario, & nō super alio, ac diuerso canonicatu numerario, qui tūc nō uacabat, ut colligitur ex uerbis gratiae ipsius Papae, quā nō habuit respectū ad futurū ius, sed ad praesens, & ille canonicatus supernumerarius est alius diuersus & speciei, ac substantia differt a canonicatu numerario, quē dictus Do. Hercules in uita sua eodē tempore obtinebat, & qui per illius mortem diebus elapsis uacauit, ergo ad illū canonicatū numerariū Do. Laurentius uigore suarū literarū recursū habere non pōt, arguendo c. quāuis, & c. cui de nō sacerdotali. cum sim. de praben. in 6. qd aut inter se specie, & sic substantia differant, probatur primo, quia canonicatus numerarius sui naturae uacat per mortē canonici, supernumerarius uero non uacat, sed finitur, atq; extinguitur p mortem eius, qui illum obtinebat, ut in c. dilecto. de prab. Præterea tempore uitae Do. Herculis ipse Do. Laurentius realiter, & actualiter erat canonicus per prouisionē Papae, & aliquibus iuribus canonice fruebatur, item illius sui canonicatus quasi possessionem adeptus fuerat mediante exequutore dato in literis eo tēpore, quo etiam Do. Hercules uiuebat, & illo uinente semper Do. Laurentius fuit in quasi possessione eiusdē faciēdo aliquos actus, qui sunt ipsi canonicatui proportionabiles, ut ipsemet fatec, & ex processu constat, quamuis plenitudine iuris canonici nō haberet, & Do. Hercules erat canonicus canonicatus sui numerarij, & in quasi possessione illius, ac plenitudinem iuris canonici habebat: Canonicatus igit supernumerarius Do. Laurentij non pōt dici idē cū canonicatu numerario, quem Do. Hercules obtinebat, quia duo non possunt eodem tempore eiusdem rei insolidum domini, & possessores esse iuribus vulgaribus: Ex quibus inferitur, qd Do. Laurentius nullū ius in canonicatu numerario uacante per mortē Do. Herculis dicitur acquisiuisse uirtute suarū literarū, quā loquuntur de canonicatu supernumerario tunc a Papa ultra numerum factū, & creato, iuxta quā habetur in d. c. dilecto. & in c. dilectus. il terzo. cum ibi not. extra de prab. & non de uacatu, nec de numerario: Virtute igit suarū literarū ipse Do. Laurentius non potuit adipisci aliquam possessionē etiā mediante suo exequutore per praedicta, ac etiam quia exequutor datus fuit pro exequendo contenta, & cōprehensa in dictis literis, in quibus cū nulla fiat mentio de canonicatu uacatu, nec de numerario, sequitur, qd nihil potuit facere, nec exequi circa dictum canonicatum uacantem, & numerarium ex defectu potestatis, & mandati fines sunt diligenter seruandis, ut in d. c. quamuis. & in c. si clericus. cū ibi not. de prab. in 6.

in 6. Habebit ergo, & possidebit dictus Do. Laurentius suum canonicatum supernumerarium cum qualitatibus, & conditionibus suis, de quibus habetur in electione facta per capitulum, & canonicos dictae ecclesiae, & in concessione apostolica sibi, ut supra, facta; Canonicatus uero numerarius, qui ut supra uacauit, debet spectare ad ipsum Do. Io. Franciscum ex collatione, & prouisione Reuerendissimi Do. Legati, cuius manus nullo modo respectu dicti canonicatus uacantis ligata dici possunt. ¶ Nec obstat, si diceretur, qd Dominus Laurentius propter obitum Domini Herculis potuit suam quasi possessionem continuare cum quasi possessione canonicatus, quam Dominus Hercules habuit ex eo, quod D. Laurentius uideretur succedere in iuribus ipsius Do. Herculis etiam absq; eo, qd sibi necesse fuisset aliam quasi possessionem canonicatus apprehendere. argu. l. in suis. ff. de libe. & posth. & per ea, quae ferè in terminis uoluit Bal. in l. si aquam. col. 9. C. de seru. & aqua, dicens, quod si quis diu, ut canonicus steterit in choro, & capitulo, & cū uerè canonicus nō esset, Papa secum dispensauit, eiq; contulit illum canonicatum, ad acquirendam, seu continuandam quasi possessionem illius canonicatus nō requiritur alia noua installatio, cum ex prima suam quasi possessionem continuare dicatur, ita etiā in terminis nostris esset dicendum, in quibus adhuc uideretur sufficere, quod antea Do. Laurentius habuerit ius in re, hoc est in canonicatu, seu ad rem ex collatione sibi de canonicatu facta absq; eo, quod in illius quasi possessionem immisus fuisset, quāuis Do. Io. Franciscus, cui postea canonicatus per Reuerendissimum Do. Legatum fuit collatus, prius fuerit in illius quasi possessionem immisus, quoniam dispositio. l. quoties. C. de rei uend. locum sibi non uendicat in beneficiis, ut dixit Ias. in d. l. quoties. & probat in c. si postquam. cum sim. de preb. in 6. & arg. c. si. de concess. preb. co. lib. Quia his omnibus responderetur

6 primo, quod si ea procedunt, seu procedere possent, quando daretur continuatio possessionis eiusdem rei, & sic eiusdem canonicatus, sed in casu occurrenti non potest dici, quod continuetur eadem possessio eiusdem rei, sed alterius, quia Do. Laurentius prius quasi possidebat canonicatu supernumerarium, unde non potest dici illam suam quasi possessionem posse continuare respectu canonicatus numerarii uacantis, nā alia fuit, & est quasi possessio canonicatus supernumerarii, quam habuit Do. Laurentius, & alia fuit illa, quam in canonicatu numerario habuit Do. Hercules, tum quia sunt possessiones circa res diuersas, argumento. l. 3. §. genera. ff. de acq. poss. tū quia uno, eodemq; tempore penes Do. Laurentium erat quasi possessio sui canonicatus supernumerarii, & penes D. Herculem erat quasi possessio sui canonicatus numerarii, ergo sunt diuersae. argumento. l. si iunctis ibi not. per Bar. ff. uti possi. Impossibile est igitur hoc in casu dari continuationem possessionis, in casu autem Bal. in d. l. si aquam dicebatur fieri, continuatio eiusdem possessionis, ac eiusdem canonicatus. Præterea tunc dicitur fieri continuatio possessionis, quando quis iure successionis in possessione, uel quasi alterius perseuerat, & continuat. d. l. in suis. At in casu occurrenti Do. Laurentius non successit, nec uirtute suarum literarum succedere potuit in canonicatu olim dicti Domini Herculis, quia literæ de illo non loquuntur, nec ad eum possunt extendi, cum loquantur, & habeant locum in canonicatu supernumerario, qui specie, & substantia differt à canonicatu, qui olim fuit Domini Herculis, ut supra, ergo dictæ literæ ad rem diuersam extendi nequeunt. d. cap. quamuis. cum sim. ibi allegatis. Rursus id, quod dicit Ias.

in d. l. quoties. procedit in quasi possessione eiusdem beneficii, ut patet ex uerbis suis: & cum Do. Laurentius esset in quasi possessione sui canonicatus supernumerarii, impossibile uideretur, qd illam suam quasi possessionem trahat ad canonicatum numerarium, qui per mortem Domini Herculis uacauit; alioquin posset quis dici possidere rem, in qua succedit, possidendo aliquas alias res suas, contra tex. in l. cum hæres. ff. de acq. poss. & quamuis ipso iure continuatio dominij dari queat, nunquam tamen datur cōtinuatio possessionis etiam cōcurrente fauore ecclesiae, & pia causa. l. si. ibiq; glo. & Doct. C. de sacros. eccl. Et ideo requiritur noua apprehensio possessionis inducitur per actus proportionabiles possessioni, illiusque acquisitioni, ut in d. l. cum hæres. & habetur in d. l. in suis. Et ad hoc, ut quasi possessio canonicatus de nouo acquiratur, requiritur actus ad hoc proportionabiles, uidelicet qd stallus in choro, & locus in capitulo ab habente auctoritatem assignentur ad tradita per Bal. in d. l. si aqua. col. 9. d. c. dilectus. de preb. Inn. Ant. & alij in d. c. in literis. de restit. spol. Ant. in d. c. si. de cau. poss. & propr. & c. auctoritate. cū ibi no. de isti. Itē titulus requiritur saltē coloratus. c. 1. de reg. iur. in 6. & per Inno. Ant. & Abb. in d. c. in literis. ergo quasi possessio canonicatus uacantis non potest ex continuatione quasi possessionis dici acquisita per prædicta.

9 ¶ Adde, qd Dominus Laurentius, qui erat in quasi possessione canonicatus supernumerarii, non potest ex post facto incipere possidere, seu cōtinuare suam quasi possessionem ex cā canonicatus numerarii, quia nemo potest causam suae possessionis mutare. l. 3. §. illud quoque. ff. de acq. poss. & l. cum natura. C. eo. tit. Ex prædictis ergo liquet, quod Dominus Io. Franciscus, cui fuit simpliciter per Reuerendissimum Dominum Legatum collatus canonicatus, qui per obitum Domini Herculis uacauit, cum iure portionis canonicatus, ac cū plenitudine iuris canonicus, debet esse potior, & præferendus quoad quasi possessionem dicti canonicatus, quam adeptus fuit tam ex installatione, & assignatione stalli in choro, & loci in capitulo ab habente potestate, præcedente canonica institutione, iuxta d. c. auctoritate, & p. Bal. in d. l. si aqua. col. 9. quam ex actu ficto Reuerendissimi Do. Legati, penes quē statim, quo canonicatus uacauit, illius quasi possessio fuit mediante suo nuncio, quā postea relaxauit, & cessit dicto Do. Io. Francisco mediantibus eius fratre, & notario, qui nomine ipsius Io. Francisci relaxationem, & cessionem possessionis receperunt: per quem actum potuit transferri, & acquiri quasi possessio canonicatus, & beneficii, sicut possessio rei corporalis immobilis iuxta l. quod meo, & l. in terdum, ibiq; Bar. ff. de acq. poss. & habetur per eundem in l. ab empt. ff. de pactis: ita uolunt Doct. canonistae in c. 2. de consuet. & plenè traditur per Ant. in c. si. de cau. poss. & propr. & in d. c. in literis. ¶ Nec obstat, qd hac quasi possessio canonicatus non potuit Do. Io. Francisco acquiri mediante fratre, & Notario, nisi sequuta ratificatione, ut est tex. cum gl. in l. communis seruus. in ff. de acq. poss. ubi per habentem speciale mandatū acquiritur possessio domino etiam ignoranti, & absq; alia eius ratificatione, sed per non habentē speciale mandatū, quamuis alias haberet generale, non acquiritur, nisi sequuta ratificatione, ut ibi, quae ratificatio debet re integra fieri. l. bonorū. ff. rem rat. habe. & Bal. in l. fin. C. ad Maced. & in casu nostro res desijt esse integra, quoniam ante, quā Do. Io. Franciscus ratam haberet dictam possessionis relaxationem, Do. Laurentius fuit in quasi possessionem dicti canonicatus immisus, ergo ratificatio postea per Dominum Io. Franciscum facta ipsi non profuit, quia respon-

spōderi potest, quod ante prædictam ratificationem quasi possessio dicti canonicatus uacantis non fuit acquisita, nec potuit acquiri do. Laurentio, qui nullū illius canonicatus titulū canonicū, nec coloratū habuit, & abq; canonica institutione quasi possessio canonicatus non pōt acquiri, nec possideri, ut in d. c. 1. de reg. iur. in 6. d. c. auctoritate. & habet p. do. Ant. in d. c. in literis. & in d. c. fin. de cau. poss. & propr. & in d. c. 2. de consuet. nā ipse nullū ius habuit in dicto canonicatu numerario, sed solū in supnumerario, qui est diuersus à numerario, ut supra, ergo nec habuit quasi possessionē dicti canonicatus, & ppea res esse integra non desijt, quin do. Io. Frācisus relaxationē possessionis ratificari potuerit. Præterea ex quo possessio fuit relaxata fratri do. Io. Frācis, & notario, qui eius nō recepserit, illa interim ante ratificationē ipsius dñi Io. Frācis saltem erat penes eos, quibus fuit relaxata, uel saltem apud notarium, qui ut publica persona pōt alteri acquirere, uel penes fratrē negotiorū gestorē, qui possessionē alteri acquirere pōt d. l. si feruus cōis, ergo ¶ executor datus in literis do. Laurentij, (posito, sed non concessio, dictas literas ad præfatū canonicatū uacantem posse extendi) non potuit pro illarum exequutione quicquam facere, nisi citatis ijs penes quos dicta possessio tunc erat. argumento c. licet episcopus. de præb. in 6. & hoc in terminis uoluit do. Ant. in c. conquerēte. de resit. spol. At in casu nostro per exequutorem do. Laurentij nō fuerunt citati do. Io. Frācis, nec notarius, nec frater ipsius do. Io. Frācis, ergo mediante factō exequutoris non potuit possessio acquiri do. Laurentio, & consequēter dici nō pōt rem desijisse esse integrā, quin do. Io. Frācis dictam quasi possessionis relaxationem ratam habere potuerit. Ex præmissis itaque uidet cōcludendū, qd do. Laurentius, qui nullū in hoc canonicatu uacante ius habere diceit, nō potest in hoc iudicio retinendæ possessionis obtinere, tū quia ¶ in spiritibus, & beneficiis non prodest habere possessionem ad obtinendum in iudicijs possessorijs, nisi etiā habeatur titulus saltem coloratus ad tradita per do. Io. in d. c. literis, tū quia ¶ in hoc iudicio retinendæ possessionis ille debet obtinere, qui melius de sua possessione, & titulo probauit, ut in c. licet cām. ibique Ant. & Abb. de proba. & Bar. in l. si duo. ff. uti possid. sed respectu quasi possessionis canonicatus do. Io. Frācis melius probauit de sua possessione, qm̄ ultra relaxationem possessionis, de qua supra, probauit etē fuisse immisum in quasi possessionē dicti canonicatus per installationē, & assignationē loci in capitulo, & itall in choro, itē melius probauit de titulo dicti canonicatus per prædicta, ergo &c. ¶ Quo uerō ad quasi possessionē portionis canonicalis, camaiorē hēt difficultatē, cum do. Laurentius, cui realiter fuit collatus canonicatus supnumerarius, per dictas literas Clementis Papæ habeat expectatiuā ad primā prebendam, seu portionē canonica primō uacaturā. Quo fit, ut quoad dictā portionem canonica, quæ per mortem do. Hereulis uacauit, uideatur esse potior, ut in c. si postquā. de præben. in 6. cum similibus. Sed tamen contrarium de iure uidetur esse dñm, ¶ tū qm̄ & si do. Laurentius ius ad rem in dictā portionē uacante habuerit, ut in c. si. de concess. præb. in 6. tamen quoad iudicium motum retinendæ possessionis, seu ne do. Io. Frācis in sua quasi possessione turbetur, debet do. Io. Frācis. ¶ do. Laurentium obtinere, quia in hoc iudicio non est in consideratione quis meliorē titulū habuerit, dummodo habeat coloratū, ut uolunt doct. in d. c. in literis. & in d. c. licet causam. & habetur in l. naturaliter. §. nihil cōe. ff. de acq. poss. & in l. 1. §. 1. cū seq. & seq. ff. uti possid. & Bar.

in l. si duo. ff. eo. & do. Ant. & Abb. in d. c. licet cām. dicunt, qd in hoc remedio retinendæ ille obtinet, qui melius de sua antiquiori possessione probauit, quam uis aduersarius melius probauerit de titulo, nam titulus suffragatur, quoties probationes circa possessionem pares essent, & facit, id quod uoluit Alex. in cōf. 88. uolu. 5. sed do. Io. Frācis melius probauit de sua quasi possessione portionis canonicalis, qm̄ de antiquiori probauit, quo casu iunior possessio dom. Laurentij præsumitur uitiosa, & talis, quæ in hoc iudicio ipsi possessori non prodest, Alex. in d. cōf. 88. & scriben. in d. c. licet causam, ergo debet obtinere: Nam do. Io. Frācis habuit quasi possessionem dictæ portionis canonicalis ante do. Laurentium ex relaxatione possessionis facta per Reuerendiss. dom. Legatum, nec non per canonicos, qui fuit inductus in dictam quasi possessionem auctoritate mandati facti per dictum Reuerendiss. dom. & sic iusta dicitur habere possessionē, quia iuste possidet, qui auctoritate superioris possidet, l. iuste. ff. de acq. poss. ergo sequitur, qd non attenda ualiditate tituli ipse debet obtinere, ut habetur per Pau. de Cast. in d. cōf. 3. lib. 1. ¶ Secundo ¶ cum canonicatus numerarij dictæ ecclesiæ habuerint cōnexas præbendas, seu portiones canonicas, sequitur, qd do. Laurentius, qui habet ius ad primam portionem, seu præbendam uacaturam, non pōt ad dictam portionem canonicatui connexam regressū habere, quia rōne connexitatis do. Io. Frācis, qui potior est in canonicatu uacante, dēt et esse potior in præbenda, seu portione canonicali annexa canonicatui. argumento. c. quia saepe. in si. in rōne sui. de præb. in 6. & facit in simili id, quod habetur in l. qui patri, ibiq; scrib. ff. de acq. hered. ¶ Et si diceretur, quō erit succursus do. Laurentio, ne gratia sibi concessa uideatur frustratoria? Respondeo, ¶ qd dicitur sibi debita illa præbenda, seu portio, quæ canonicatui numerario non reperiretur connexa, uel sibi erit prouidentum de alijs fructibus, & redditibus ecclesiæ, qui ex post facto aucti reperirentur, ne canonicus sine præbenda stare reperiat, ut habetur in c. cum M. de cōf. lit. & in d. c. dilectus. & in d. c. dilecto. extra de præb. ¶ Præterea ¶ stante gratia facta do. Laurentio de canonicatu actualiter, de portione uacatura, ex quo ante uacationem portionis canonicæ omnes gratiæ expectatiuæ factæ per Clementem fuerūt per Paulum Modernum Pōtificem reuocata, sequitur, qd gratia facta do. Laurentio dicitur extincta, & ipse ex ea non pōt aliqd ius obtinere, ut regulā ultracæcellariæ dicti Pauli est. tex. in terminis nostris in c. si. præfenti. de concess. præb. in 6. Cum itaque dictus do. Laurentius respectu quasi possessionis dictæ portionis canonicalis nullum titulum ratione gratiæ sibi, ut supra, concessa habeat, sequitur, qd eius quasi possessio non potest ex titulo colorari, immo ex tali gratia nullum titulū habere potest per supradicta; Et ideo in hoc iudicio possessorio non potest obtinere, sed solum do. Io. Frācis, qui ultra quod habeat quasi possessionem, dicitur etiam titulum ex collatione, & prouisione sibi per dictum Reuerendissimum do. Legatum facta habere, & propterea ex his omnibus ad illius fauorem in hoc iudicio mero possessorio est iudicandum. Laus Deo.

S. V. M. M. A. E.

- 1 In acquirenda possessione beneficij seruanda est consuetudo, si qua in hoc extat, alias possessio diceretur iniusta, & possessor intransus, qui aduersus alium postea seruata consuetudine, & canonicè ingredientem non posset, ut spoliatus, resititutionem petere.
- 2 Ingressus possessionem beneficij propria auctoritate absque alicuius superioris licentia, & ante, quam sibi de illo esset prouisum.

- sum, aut aliquem titulum acquisiisset, quas penas incurrat.
- 3 Intrusus quis dicatur, & nu. 14.
 - 4 Intrusus dicitur ingrediens beneficium aliis reservatum.
 - 5 Beneficium ecclesiasticum sine titulo saltem colorato non dicitur possideri.
 - 6 Possessio beneficii violenta, & vitiosa ex titulo superuenienti non iustificatur.
 - 7 Violenta possessio quando profit quoad hoc, ut quis in possessione sit conservandus, & quando non.
 - 8 Tituli superuenientia, & impetratio beneficii quando retrahitur, & priorem possessionem iniustam, & temerariam iustificare possit, & quando non, & num. 14.
 - 9 Data, & collationis beneficii prioratus si non conflent, quis sit preferendus.
 - 10 Presentatio patroni quando provisionem, & collationem beneficii iam factam confirmat, dicatur, & quando non.
 - 11 Iuri patronatus ex consuetudine acquisito Papa, & legatus in totum possunt derogare.
 - 12 Idem, si ius patronatus aliter, quam ex fundatione, & dotatione acquisitum esset.
 - 13 Ius patronatus ecclesiasticum dicitur, atque presumitur id, quod a persona ecclesiastica fuit erectum, & acquisitum.
 - 14 Impetratio beneficii est ipso iure nulla, quando interpretans antea temerarie, & propria auctoritate possessionem illius ingressus fuisset, & in impetratione postea nullam de tali possessione mentionem fecisset.

E P I T O M E.

In beneficio tam quod ad possessionem, quam quod ad petitorium potius esse illum, qui servata consuetudine, & non temere, nec propria auctoritate, nec ante tituli acquisitionem beneficij possessionem ingressus esset, & qui magis canonicè in illius possessione existeret, & e contrario illi, qui contrario modo fuisset possessionem beneficij ingressus, esse possessorē iniustū, & intrusum, nec illius possessionem ex superuenientia tituli post ius alteri iam quæsītū iustificari, hic ostenditur.

C O N S I L I U M XII.

In cā D. Bartholomaei tam in possessione, quam in petitorio infrascripta possunt considerari, & primò circa possessionem, quod si in loco extat consuetudo, quod possessio beneficii à superiore detur certo modo, vel per institutionem, vel ex mandato, & ex officio superioris, quod ipse impartitur, ultra provisionem, & institutionem, vel per investituram, tunc ad acquirendam possessionem talis consuetudo servari debet ad tradita per Abb. in c. transmissam. in ult. col. de elect. in his. n. consuetudo multum consideratur, ac operatur, ut hī per Innoc. & oēs in c. in lris. de rest. spo. Domin. Arch. & Moder. in c. eum, qui. in fi. de prae. in 6. & traditur in d. c. transmissam: & posito, quod ingredienti non servata consuetudine, & absque officio superioris possessio esset acquisita, talis possessio est iniusta, ac possessor dicitur intrusus, ut per Arch. in d. c. eum, qui. in fi. quia ecclesiasticum beneficium non potest absque canonica institutione, hoc est canonica inductione detineri, Dy. & Anch. in c. sine possessione. de reg. iur. in 6. & si contineret postea alium possessionem beneficii canonicè ingredi, tunc primus intrusus, & iniuste possidens non posset, ut spoliatus restitutionem possessionis petere, ut not. voluit Innoc. in d. c. in literis. in fi. col. penult. tamen ad hoc, ut quis possit petere, ergo in casu, de quo agitur, Do. Bartholomaeus censendus est quod ad possessionem potior, quamvis adversarius antea non servata consuetudine, nec modo consueti fuisset possessionem ingressus, illa enim adversario non opitulatur contra eum, qui ex titulo, modoque consueti, & auctoritate, ac officio superioris fuisset ingressus: & hoc maxime in casu nostro proce-

dit, cum constet de priori possessione Do. Bartholomaei, vel saltem de non posteriori, ex quo eadem die fuerunt apprehensa: Preferendus ergo erit Do. Bartholomaeus, qui ex mandato, & officio superioris possessionem habuit. argumento not. per Bar. in l. si duo. ff. uti posside. & Abb. in c. licet causam. de probatio.

¶ Præterea si adversarius ante tituli acquisitionem, & antequam sibi provisum esset, fuit sua temeritate absque alicuius superioris licentia possessionem ingressus, de quo fit, ut dicatur incurrisse penas, d. cap. eum, qui. de prae. in 6. in fin. quem tex. doct. etiam in hoc casu intelligunt, & ideo dicitur prius omni commodo dicta possessionis, ac etiam omni alio iure sibi quomodolibet competenti fortè ex presentatione de eo facta, vel aliter. ¶ Rursus si ipse dicitur intrusus, ex quo absque titulo non solum canonico, sed quovis alio ingressus fuit possessionem, ut per glo. in c. cum dilectus. de purg. cano. & ideo si qui ingreditur beneficium aliis reservatum, dicitur intrusus, quia etiam si titulum de facto haberet, tamen ille titulus habetur pro non titulo, ut colligitur ex iis, quae voluit Arch. in d. c. eum, qui. & sic propriè intrusus est, qui sine titulo ingreditur, glo. in regula cancellaria. 33. incip. Item statuit, & ordinavit, ergo non dicitur possessionem habuisse, quia beneficium ecclesiasticum non dicitur, nec potest sine titulo saltem colorato possideri, ut in d. c. 1. de reg. iur. in 6. & Abb. in d. c. in literis. ¶ Nec obstat, quod adversarius postea titulum beneficii à superiore obtinuerit, ex quo prima possessio iniusta dicatur iustificari, cum titulus ille ad tempus possessionis adeptæ retrahatur, quia respondetur primo, nullam fuisse acquisitam possessionem, ut supra, quamvis habens titulum, & violenter ingrediens illam dicatur acquirere, ut habetur per Domin. in d. c. eum, qui. & in d. glo. Secundo si violenta, & vitiosa possessio non iustificatur ex titulo superuenienti. d. c. eum, qui. Tertiò cum ante titulum adversario acquisitum Dom. Bartholomaeus habuerit titulum, & canonicam possessionem fuerit auctoritate superioris adeptus, & sic res integra esse desierit, sequitur quod titulus adversarii non potuit ad tempus possessionis adversario retrahitur, argum. l. bonorum. cum materia. ff. rem rat. habe. Nec obstat, si quod violenta possessio cum titulo produci quod ad hoc, ut quis in possessione sit conservandus, d. c. in literis. & Domin. in d. c. eum, qui. nam dico aliud esse in eo, qui sine titulo ingressus fuit preteritam possessionem, quia nullam acquirit ad effectum, ut alius cum titulo canonico possit impediri possessionem ingredi, ut colligitur ex glo. in d. regula cancellaria. 33. ac etiam ex iis, quae dicit Abb. in d. c. in literis. de beneficio reservato. Ex quibus inferitur, quod cum Dom. Bartholomaeus dicatur prior, & potior in possessione beneficii, in dubio quoque dicitur priorem datam habuisse, & obtinere debet contra adversarium, qui eadem die datam eiusdem beneficii habuisset per predicta.

¶ Animadvertendum est etiam, quod si posito, quod impetratio beneficii, & sic superuenientia tituli posset retrahitur, & iustificare suam iniustam, & temerariam possessionem, illud est verum, quando in impetratione beneficii postea facta impetrans de sua iniusta possessione, ac intrusione mentionem faceret, alioquin secus, glo. no. quam commendat ibi Dom. & alij in d. c. eum, qui. in fin. in uer. obtinebat. Sed adversarius in sua impetratione de sua iniusta possessione nullam mentionem fecit, veluti infra etiam dicitur, ergo & cetera. ¶ Quod ad petitorium similiter videtur dicendum Dominum Bartholomaeum habere meliora, ac potiora iura, si quoniam & si de prioritare data non constaret, tamen is preferendus